



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Funus Corporis Defuncti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

FIDEJUSSOR, FISCUS.

227

Sextò, in feudorum successione est locus usque ad septimum gradum, *ca. l.* §. hoc autem sciendum, qui infideudare possunt; nisi feudum sit constitutum nomine, etiam tituli, regni, dominatus, Comitatus, aut Marchionatus, in his enim ad centesimum gradum successio progeditur, Bald. in cap. l. de feudo Mar. Covar. de success. ab intefaco, numero 10. 12.

FIDEJUSSOR.

Primo, fidejussor non liberatur exhibendo illum, qui aufugit pro quo fidejussor, Boer. *decis. 217. n. 12. & seq.*

Secundò, potest petere executionem sententiae coniuncta reum, sine aliquo processu, si solvit pro eo, *decis. 277. n. 4. & ibi videto, ad quid teneatur, qui carcerato suadet, ut è carcere fugiat, vel facit fugere, & eximit è manu familie judicis.*

FISCUS.

Primo, an Episcopushabeat fisicum. videto Dyn. *pra. crim. Can. 134.* & Cov. l. 2. c. 9. var. resol. Fiscus, Ecclesia, ac minor æquiparantur, Abb. in c. ex literis, n. 11. de pign. & Afflict. consti. regni. in prælud. q. 15. in fine.

Secondò, Fiscus appellat de jure communi, Vinc. de Fran. *decis. 148. n. 6. & 7. an. & quando in dubio, vel alias feratur sententia contra fisum?* Vide Covar. lib. 1. c. 16. var. resol.

Tertiò, deputatio procuratoris fisca- sis, etiamsi procedatur contra personas capitulares, pertinet ad Episcopum, ab-

que consilio Capituli, ita sac. Congre- dicit fuisse declaratum die 22. Septem- bris 1573. in facto ad Cardinalem Pa- cechum Archiepiscopum Burgens. de Icar. 461. in meis.

Quartò instantे procuratore fiscali, Episcopus potest esse iudex in causa lux Ecclesiae, etiam ad retractandum ea quæ ipsem fecit. Navar. *conf. 20. numero 9. de rescript.*

FUNUS CORPORIS DE- FUNCTI.

Primo, an funus, & expensæ factæ circa funus Episcopi, ut pura candela, intorricia, vestes lugubres, tam servitoribus, quam consanguineis factæ, cantarus, culcitra, seu cortina serica, debeant fieri ex spoliis provenientibus ex bonis relictis ab Episcopo defuncto, an sumptibus consanguineorum? Vide Ca- pyc. *decis. 84. ubi partim affirmat, partim negat, prout ibi.*

Secundò, an expensæ, quæ fieri debent in funere alicujus mortui, sint acci- piendæ ante æs alienum, etiam si credito- res ex hoc præjudicium paterentur? Vide Cov. in cap. Raynaldus. §. 3. n. 1. de testam. ubi dicit affirmativè, & lib. 2. cap. 1. numer. 10. & 11. var. resol. & idem sit de expensis factis in infirmitate, vide Vinc. de Franc. *decis. 51. num. 1. 2. 9. & 10. vide Dyn. in cap. qui prior. num. 14. de reg. jur. lib. 6.*

Tertiò, cadaver, sive divitis, sive in- opis debitoris non potest, nec debet ad petitionem creditoris in lepulum deti- nerri, ut pignus quoddam, donec æs alie- num integrè solvatur. Covar. loc. cit. F f 2 162700.

num. 10. respondet negativè, quicquid dicat gloss. in capit. ei qui, §. si vero, in ver. defuncti, i. q. 6. hoc tamen fallit in cadas- vere usurarii, quod iudex ecclesiasticus potest sequstrare ne sepeliatur donec hæres caveat de restituione, Ange. in Authent. ut defuncti. seu funerum. in prin. Mat. q. i. dist. ii. numer. 58. & qui impe- dit, ne quis sepeliatur subest pœnis, de quibus vide Boet. de cœl. 287. num. 1. & jura & Doct. quos ipse allegat, & funus sepulturæ etiam hostibus non est ne- gandum, nec ultimo supplicio con- demnatis, Covar. loc. cit.

Quarto, in funere Episcopi, tres de Capitulo curare debent, ut vocetur vi- cinus Episcopus, qui & morienti Epis- copo adhuc salutibus verbis, ac jam moritum consoletur, & in funere so- lenni more simili cum eleto sacerdali ad sepulchrum illius cadavet prosequatur, Conc. Autelian. capitul. 5. & 6. & Cone. Tolet. VII. cap. 2. & Cone. Tolet. Hispan. cap. 4. ita auctor Summ. Concil. Pro- vin. Neapol. capit. 46. & Cotticil. Pro- vinc. Consent. in session. 3. capitul. de funer. Episcop. & Con. Mediol.

Quinto, anniversarium Episcopi de- mortui singulis annis fieri debet quan- diu proximus ejus successor in Episco- patu vixerit; idem in omnibus Ecclesiis Rectortum, ac beneficiorum sumptibus viventium, vidi; & optimè quidem à quibusdam Archiepiscopis piis virtus con- stitutum fuisse, ut die sequenti post com- memorationem omnium fidelium de- functorum, fiat anniversarium ordinarii Prælatorum demortuorum, altera au- tem die omniū Sacerdotum, & sic ob-

servari vidi in multis Cathedralibus, quod quam pium sit, quisque arbitra- bitur, iuxta illud Machab. lib. 2. capit. 12. Sancta ergo, & salubris, &c.

Sexto, an pompa funeralis, sepultura, & alia justa, quæ fieri solent in exequiis, & funere defunctorum, proficiat aliquid animabus ipsorum, vide D. Aug. in lib. de cura mort. & Soto 4. sent. d. 45. q. 2. art. 3. Selva loc. cit.

Septimo, corpora defunctorum non sunt portanda ad sepulturam cum ni- mio lucro, & planctu, capitulo ubican- que, §. hoc autem, cum sequenti, 13. q. 2. & Abb. in rub. de sepuli. num. 4.

Ottavo, Clerici in sacris constituti, debent sepeliri cum vestibus sui ordinis, in minutibus vero morte laicorum, Spec. libro I. tit. de cameter. Selva. trach. de bene. 1 part. quest. 5. num. 170.

Nono, quoties cadavera ad Ecclesi- am Fratrum Mendicantium deferun- tur, officia mortuorum, ac reliqua mu- nia, quæ in hujusmodi monasteriis so- lent adhibeti, noti à Cationicis, neque Clero, sed ab eisdem fratribus obiti ac peragi debent, Sac. Congreg. declarat. 320. in meis.

Decimo, cadavera super terram de- poni, ac sepeliri in Ecclesia, prohibet Pius V. in Bulla §. qua incipit, Cum primium.

Undecimo, solet fieri in civitatibus funus solenne in morte Romani Pon- tificis, vel Regis, vel Principis; quæri po- test quibus expensis, utputa pro appa- ratu, qui fieri solet in Ecclesia, pro cera- cantoribus & aliis obsequiis? Respon- detur ex Gemini. in c. hab. periculum, §. quia

quia vero, notab. 3. de elec. lib. 6. quod pro obitu Romani Pontificis a Clero & populo exequiae celebrari mandantur; in illo textu, pro Principibus temporaliibus, vide in exequiis Regis Philippi Hispaniarum de anno 1599. fieri a populo expensas, & sic audiri observasse omnes Prelatos regni in Iuis Ecclesiis, & sic observavi in Ecclesia mea Minorensi.

FESTA.

SUMMARIUM.

1 Quae servanda sint.

2 Quomodo.

3 Quid evitandum a fidelibus concurrentibus ad festa quadam solennia.

4 Obligatio diei festi quando incipit.

Ad primum, vide Conc. Trid. sess. 25. c. 12. de refor. regul. & sunt omnes dies festi, quos quisque Episcopus in sua dioecesi servando praeceperit, vide Cajetan. in sum. in ver. festa populo Christiano induta quae sint.

Ad secundum, vide idem Conc. ead. sess. c. de invoc. & venerat. reliq. & sanct. imag. §. illud vero, ubi multa pro practica habentur, quae ab Episcopis pro facili Concilii executione prohiberi debent, ut commissationes, & ebrietates, & omne inordinatum, & ea. sess. c. de delect. cib. jejun. & die fest. præcipit. Episcopus, ut faciat celebrate festos dies devote, & religiosè, circa observationem, ab abstinentia operum servilium; videot eund. Cajet. in violat. fest. & qua licita, & illicta sint, ibi. & Syl. in ver. dominica-

ca, & Nav. in Manual. ca. 13. animadvertant locorum Ordinarii, ne penas contravenientiam ad amissim exigant, & sibi eas applicent directè, vel indirectè, & præcipere, ut solvant tot libras cereæ, vel quid simile, quia id vivæ vocis oraculo Greg. XIII. prohibuit, ut mihi quidam Illustrissimus Cardinalis dixit, alias habebunt Deum ultorem. In diebus festis nundinæ, seu mercata fieri non debent, sed transferri in alios posteriores dies. In monasteriorum, seu Ecclesiarum septis, seu atriis, seu porticibus non permittere, debent locorum Ordinatii, vendi bellaria, & ut vulgo vocant, tallos, panes dulciarios, sive copetas, & alia hujusmodi, nec ibi fieri comedationes, vel choreas, aliave hujus generis. Concil. Provinc. Neapol. cap. 10. de domin. fest. diab. Consent. provinc. sess. 1. c. de festa. dier. obser. & Bull. Pii V. cap. 2. de immunit. Eccles. §. c. sess. lib. 9. & §. ordinarii, ibidem præcipit, ut prelati id faciant observari, & Conc. Provinc. Benevent. sess. 2. cap. de fest. obser. sed statim aliqua necessitate nundinæ, seu mercatus fieri possunt post vesper. vide c. 1. de feriis, Bull. Pii V. quas est 5. & incipit Cum pri-

mum.
Ad tertium, vide Conc. Tolet. XI. c. 19. quo turpia cantica & choreæ feminæ septis, porticibus, ac atriis Ecclesiarum prohibentur fieri monitionibus ac censulis ecclesiasticis, ita auctor Sum. Cone. in Concil. Basiliense. sess. 11. §. turpem, & c. irreligiosa, de consecrat. dist. 3. Quæ possunt fieri, & fieri permitti possunt die festo, & facta non infringi, neque

Ff 3